

& profert natura; profectio aboleretur pietas, ingenium de-
 ficeret, ars periret &c. S. Chrysol. l. 132.
 Sicut, si aliquis videret sagittam directam tendere ad certum
 signum, quamvis sagittantem non videret, cognosceret sta-
 tum, quod dirigeretur à sagittante. Ita cum videamus res na-
 turales absque cognitione tendere ad certos fines; postsumus
 pro certo cognoscere, quod operantur ex voluntate alicujus
 dirigentis, quem dicimus Deum. S. Thom. Aqu. in ep. 1.
 Cor. 15. Lect. 5.

S. III.

Nihil fit casu, aut fortuito.

Ex Veteri.

PUlla, cui ego dixero. Gen. 24. 14. Hæc secum loque-
 batur servus; & ecce apparet virgo Rebecca. Putas, hæc
 casu fiebat? abst. Veniebat Rebecca ad fontem, ad servum
 Isaac; qualem, qui ex illa, & Isaac, nasciturus erat, venire
 præscriperat. Bæza t. 2. l. 6. c. 3. §. 8.
 Non casu Moyse Ex. 2. 3. 6. in viminea fiscella expositus,
 à filia Pharaonis inventus, & adoptatus est. Non casu fietur,
 quod maximè casu factum videbatur 4. Reg. 13. 21. ut caderet
 metu latronum proiceretur in sepulchrum Elisæi, cujus
 ossa cum attigisset, homo ille sepeliendus revixit. Nec casu
 rex Achab. 2. Paral. 18. 33. inter cervicem, & scapulas, læ-
 sus est: accidit autem & unus à populo sagittam in os suum ja-
 ceret. Certissima Dei manu ferebatur hoc telum. Non casu
 horundines Tobie 2. 11. domum involabant, virum optimum
 vitæ privabant: hæc tentationem illis permisit Dominus even-
 tu illi, ut passus daretur exemplum patientiæ. V. 12. Drexelius
 Heior. l. 5. c. 4. §. 2.
 Omnia in sapientia facti. Pl. 103. 24. In iis, quæ à Deo
 proficiuntur, nihil à ratione alienum; nihil inordinatum,
 aut fortuitum animadvertitur. Sanct. Gregor. Nyss. lib. in
 hexam.

Ex Novo.

Non casu factum Luc. 2. 1. ut Christo nascituro universus
 orbis ab Augusto describeretur.
 Altitud. & Joseph. Luc. 2. 4. DEUS mirabilis &
 omnium Artífex, omnem habens virtutem, omnia prospici-
 ens. Quando peritus artifex templum ignobile, ac domum
 vult construere; prius modellam efficit; postea verò lapides,
 & ligna aptari jubet, & à rustico portari lapides. Quod
 si ab eo roges, quid portas? respondebit, ad talis do-
 mus, vel templi ædificium. Quod si quæras, quomodo ille
 lapis aptandus est? respondebit, id ego ignoro; operis au-
 tem præfectus explicabit. Ita Deus permittit hanc descrip-
 tionem fieri per manus Octaviani, & Cyrini, quam Dominus
 dirigat ad utilitatem universi: quia prædictum fuerat. Michæ
 5. 2.
 Et tu Bethleem. Ut hoc adimpleatur, sic descriptio; ut
 Dominus nascatur in Bethleem. Interroga Octavianum, ut
 quid hæc descriptio? in meum commodum. Stella hic.
 Non casu passus erat in regione illa, non casu vigilabat.
 Luc. 2. 8. Alto Dei nascens consilio ibi postus erat. Bæza
 t. 2. l. 6. §. 8.
 Ecce deservit offeratur. Luc. 7. 12. Nihil improvium
 Christo accidit; longè habebat ante omnia prævisa. Non
 accidit occurus hic inopiatuus: in urbem Naim ideo venit;
 ut tanto miraculo fidem, nomenque suum illustraret. Bar-
 rardus t. 2. l. 8. c. 6. Dom. 15. Pent.
 Ad fontem Sichar non casu condescit Christus, cum Samari-
 tana collocuturus. Joan. 4. 5.

Ex Patribus.

Non tibi videantur casus moveri, quæ verbo Dei in
 omni motu suo deserviunt. Quod vult Deus, illuc lucet ignis:
 illic ferit nubes; sive pluviam, sive nivem, sive grandinem,
 portet. Et quare aliquando montem percipiunt fulmina, &
 non percipiunt latronem? - quia forte adhuc latronis con-
 versionem quatit: & ideo percipiunt montes, quia non time-
 ut mutetur homo, qui timet aliquando. Et tu, cum das dis-
 ciplinam, terram feris, ut infans expavescat. - Quidquid er-
 go hic accidit contra voluntatem nostram, noveris non acci-
 dere, nisi voluntate Dei, de providentia ipsius, de ordine ip-
 sius, de nutu ipsius, de legibus ipsius. S. August. in 148.
 Si intrares in officinam fortè fabri ferrarii; non auderes re-
 prehendere folles, incudes, malleos. Artífex novit quare et-
 si ego non novi. In officina non audet vituperare fabrum; &
 audet in hoc Mundo reprehendere Deum? Ergo, quemad-
 modum ignis, grando, nix, glacies, & spiritus temporis, quæ
 faciunt verbum ejus: Sic omnia, quæ vanis videntur in re-
 rum natura temere fieri, non faciunt, nisi verbum ejus: quia
 non sunt, nisi iussu ejus. Id. ib.
 Nihil aliud in rebus casum vocamus, nisi cujus ratio, &

causa, secreta est: nihilque seu commodi, seu incommodi,
 contingit in parte, quod non conveniat, & congruat Uni-
 verso. Id. l. 1. contra Academicos c. 1.
 Fratres, non rogata veni illa, sed iusta: ipse sic fecit tam
 fisti sibi, qui illam celestem sententia iussu absolvi. S. Chry-
 sol. l. 93. de Magdalena.

Historia.

Lulianus miles alea ludens sexcentos aureos amiserat. Tri-
 stis, & inops consilii, ad Francicum confugit. Ille ex vene-
 no medicinam petendam ratus, aleam ab eo poscit, suaque ma-
 nu permisit reddens, repetere lusum jubet, amissa recupe-
 raturum. Non fecellit repente mutata fors; secundo usus lu-
 do recuperavit cuncta. Suo recepto ludere pergentem Fran-
 ciscus inhibuit; nec miles abnuvit: sed beneficii memor salu-
 tribus ejus præceptis impense paruit; quoniam etiam ultro pro-
 misit, se impollerent nunquam alea lusurum & exiit pro-
 missi fides. Quis in hæc alea non agnoscat Domini manum,
 sicut & in alex lusu Horatius Turfelinus lib. 6. c. 2. in vita
 S. Franc. Xav. Vide mirabilem divinæ Providentiæ dispositio-
 nem apud Stengelium t. 1. div. Judic. c. 28. fustis relatum.
 De perulo memorat Olas l. 9. c. 28. cui casus, & Deus,
 insignem gloriam peperit; quando hoste Groningam, Friso-
 num urbem obsidente, artem parentis imitari volens filius,
 igne in tormentum immisso, caput illustrissimis Ducis in ob-
 sidiione foris milites exhortantis, ferro globo expulso, avul-
 sit, & obfessus quietem peperit. Læte tunc puer; sed Deus
 serid egit, qui pueri manum in hostem direxit. Sicut 3. Reg.
 22. 34. vir quidam tendent arcum, in incertum sagittam di-
 rigens, & casu percussit regem Israel &c. Sagittarius casu,
 Deus consilio, regem percussit. Stengelius t. 4. Judic. div. c.
 25. Plura similia invenies apud Stengelium hic.

S. IV.

Nihil sine causa.

Non est dicere, quid est hoc? aut quid est istud? omnia enim
 in tempore suo queruntur. Eccl. 39. 26. Græc. omnia enim
 in usus suos creata sunt. Quid queruntur per metalapsum accipi
 potest cum Janenio, pro cogoscantur, vel declarantur; ac
 cogita comprobantur; ut ait v. 40. solent homines ignorantes,
 & superbi, mirari, & judicare, nonnulla Dei opera; quorum
 ipsi causam, usum, & finem; non intelligunt; quasi inutilia,
 supervacua, ino impertinentia. Unde dicunt: quid est hoc?
 aut quid est istud? q. d. quis est huius, vel illius rei, usus?
 & finis? quod commodi hoc, illudve, adferret? Reundit eo-
 rum ignorantiam, & eorum saltum; causamque subdit: omnia
 enim in tempore suo queruntur, & cogoscantur, & cogita præ-
 bantur. Cornelius hic.

Videmus, nihil esse in omni Mundo, quod non habeat in
 se maximam mirabilem rationem. Lactantius l. de ira Dei.
 Nemo ex me querat, cur quicquid fiat? Satis est, nihil
 fieri, nihil gigni; quod non aliqua causa generavit, atque mo-
 verit. S. August. l. 1. de ord. c. 6.

S. V.

Malè astris adscribuntur bella &c.

Videte, nè quis vos decipiat per philosophiam, & inanem sal-
 luciam; secundam traditionem hominum, secundam ete men-
 ra Mundi; & non secundam Christum. Coloss. 2. 8. S. Am-
 brof. l. 4. hex. c. 4. quomodo Dominus aut bonis præmia
 proposuit, aut improbis penas; si facit necessitas discipli-
 nam? & conversationem stellarum cursus informat? Quam
 multos videmus, creptos criminibus, atque peccatis, in me-
 liorem statum esse conversos? S. August. de Civ. l. 5. c. 7.
 fatum ponentes, nolunt advertere, quod electo ad seminan-
 dum agrum die, tam multa grana in terram simul veniunt,
 simul germinant, & extorta segete simul herbescunt; & ta-
 men inde spicas, cæteris coævas, alias tubigo interimit, alias
 aves depopulantur, alias homines avellunt. Quomodo, illis
 alias contellationes fuisse, dicturi sunt; quos tam diversos
 exitus habere conspiciunt? Id. de Civ. l. 5. c. 34. de geminis
 hominibus plurimum, plurimumque diversa, monstrum. Nati
 enim sunt duo gemini. Gen. 25. veterum Patrum memo-
 ria, sic alter poli alterum; ut posterior plantam prioris tene-
 ret. Et tanta in eorum vita fuerunt, moribusque, diversa;
 tanta in actibus dissimilitudo; tanta in amore parentum dissim-
 militudo; ut etiam inimicos eos faceret inter seipsa distantis.
 Unus a matre diligebatur; unus honorem amisit, alter ade-
 pto est.

S. VI.

Providentia Dei extendit se ad omnia.

Ex Veteri.

Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori ejus, tunicas pel-
 liceas, & induit eos. Gen. 3. 21. Quid per vestes pel-
 liceas intelligendum? admirari oportet perennem ejus bonita-
 tem: quippe qui etiam delinquentium curam gerat; nec ves-
 timentis necessariis carere nudos permittat. S. Theodoretus
 q. 39. in Gen.
 Manifestat in arca facies. Gen. 6. 14. Sept. nidos facies
 arcam. Symbolicè S. Ambros. l. de Noe c. 6. omne corpus
 nostrum atroxum est, sicut nidos: nidi quidam sunt oculi
 nostri, quibus se visus interit. Nidi sunt nostrorum sinus au-
 rium-nidos est narium &c.
 Vidit salam. Gen. 28. 12. Per hanc intelligit B. Theodoretus
 q. 82. divinam providentiam, quæ cælum & terram attingit.
 Sed nota, quod scala hæc prius fit super terram, & pos-
 itea cælum tangat. Cur non primo nominatur cælum, ut po-
 te nobilis, & lætas spirituum? sed prius terra; in qua ter-
 rentes, & brutæ? Aded sollicita est divina providentia circa
 minima &c. S. August. ad illud Sap. 8. 1. utinam à sine ulque
 ad finem. l. de gratia, & lib. arb. à celo usque ad inferiores
 partes terræ; à maximo angelo usque ad minimum vermicu-
 lum. Sylveira in Matth. 6. 25. q. 7.

**Qui dat jumentis esum sporum, & pullis corvorum invocan-
 tibus eum.** Pl. 146. 5. Traducit apud sacros Scriptores corvus,
 ut animal pulorum odio laborans: nam, cum fatum excluderit,
 repudians, neglecta nutricia cura. Sed, quæ creatura
 omnem pervadit divina providentia, pullis ipsius corvo-
 rum, occulta quadam ratione, à minutis quibusdam animal-
 bus eicam parat. S. Basilii Seleuc. orat. in S. Eliam.

**Attingit à sine ulque ad finem, foriter, & disponit omnia
 suaviter.** Ec. Sap. 8. 1. Functiones illius, creatio, guberna-
 tio, conservatio, cooperatio. Dicitur provisor: quia per ip-
 sum providentiam omnia in suis speciebus, & naturis indivi-
 duis, cum suis ornamentis, & proprietatibus, & functioni-
 bus, existunt. Cujus creature dedit vires, & instrumenta
 congruentissima, ad suas functiones: ut apparer etiam in vi-
 sissimis vermiculis, & eorum partibus; in plantis, & floribus.
 2. nihil in toto universo fieri potest, quod ipse atque, in lu-
 ce insinuat sapientia suæ, exactissime non consideravit; &
 quasi deliberaverit, an conveniat illud velle ut fiat. Quid-
 quid enim modo inordinatum videtur, ipse postea ad pulcherr-
 mum ordinem revocat. Quid est aliud cujusque rei inge-
 nium, & nativa proptio, quam providentiæ ejus vestigium,
 & impressio? Considera venatum araneorum, apicularum arti-
 ficia, avicularum nidos, stupendam bombycum indolem,
 formicarum industrias. Nunquam ejus providentia ordo, ac
 dispositio, proprio sibi commensio inesse frustratur; sed hunc
 semper assequitur. Quod est modo nondum apparer, duran-
 te adhuc Mundi cursu, & termino, quo tendunt omnia, non-
 dum adducto: ubi tempore, decurso studio suo, ad metam pe-
 verenerit; tunc se providentiæ divinæ aperiet, & clarè per-
 spicietur; quam sapienter, quam suaviter, & congruè natu-
 ris rerum, & saluti mortalium; quam convenienter divinæ
 gloriæ, omnia ab ipso fuerint administrata. Itaque nihil
 omnino prudentius præstare possum, quam si me totum sa-
 pientissimæ Dei providentiæ committam. Leon. Lessius de 50.
 Dei nominib. c. 30. Providentia l. 11. c. 2.

Ex Novo.

Respicite volatilia cæli. Matth. 6. 26. Proponit Dominus non
 leones, elephantos, & urfos; sed minima animalium: ut doce-
 ceatur, quod providentia Patris non solum ad magna se
 extendit, sed etiam ad minima; ut omnibus provideat. Syl-
 veira hic q. 11. E scholis avium venio; à quibus præclaram
 lectionem de fiducia in Deum audivi. Hanc repetam. Nove-
 ris: non pulcherrimis tantum, & maxime canoris; sed etiam
 passerulis, granariorum depulculatoribus, à Deo prospectum;
 nec fine ipsius nutu quiddam deesse. Satis ei provium est,
 qui vivit sub cura Dei: non deleret illos homines, qui
 prospicit avibus. Joan. Rho in Caduceatore Aff. 47.
 Si autem sanum agri. Matth. 6. 30. id est, si, quæ citò
 decedunt concitantur igne, artifex omnium tam venusta ornat
 specie; quanto magis vos procurabit in necessariis, qui ad
 æternam hereditatem pertinetis. Beda l. 1. hic.
 Regabat mite vos in gregem porcorum. Matth. 8. 31. Possunt
 dicere, porcorum quoque fetas tunc numeratas apud Deum
 fuisse, nedum capillos Sanctorum. Tertull. de fuga in persequ-
 tione.

Nonne duo passeris. Matth. 10. 29. Est sensus: si parva
 animalia, & vilia, est obsequia Deo auctore non decidunt, &
 in omnibus est providentia; & quæ in his peritura sunt, sine
 Dei voluntate non percunt: vos, qui æterni estis, non debetis
 timere, quod absque Dei vivit providentia. S. Hieron.
 R. P. Spanner Poly. Tom. 16.

I. r. hic. Miror, Christum, in confirmationem divinæ provi-
 dentia; passeres allegare: qui, cum familiares domibus sint,
 facile se nutriunt. Mirarer magis profugas, solitariaque, avi-
 culas à Deo ali. Sed difficilius ostendit, passeres in urbibus
 passu posse, quam in agris reliquas volucres; his enim plu-
 res tenduntur laquei, quam esca præstantur; magisque ius
 aditus omnis ad cibum obstruitur. Oliva lib. 13. Strom. Luc.
 12. nonne quinque passeres.

Vestri capilli capitis omnes numerati sunt. Matth. 10. 30. Non
 est hyperbolica hæc locutio, sed verissima, ut ait Cajet. cum
 verè capillorum numerus notus sit Deo. Nam, ut ait Euseb.
 Gallic. in Nat. plur. MM. non est autem ei difficile capillos
 numerare, cui difficile non fuit creare. Sylveira hic q. 12.

Ex Patribus, & aliis.

Qui non solum cælum, & terram; nec solum angelum,
 & hominem; sed nec exigui, & contemptibilis, animantis
 viscera; nec avis pennulam, nec herba foliolum, nec arboris
 folium; sine suarum partium convenientia, & quadam
 veluti pace, dereliquit: nullo modo est credendum regna ho-
 minum, eorumque dominationes, & servitutes; à lux pro-
 videntiæ legibus alienas esse voluisse. S. August. de Civ. l.
 5. c. 11.

Attendat Charitas vestra: quis disposuit membra pulcra,
 & culicis; ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam,
 habeant motum suum? Unam bestiolam brevem, minutissi-
 mam, considera, quam volueris - pro se fugit mortem,
 amat vitam, appetit voluprates, devertit molestias, exerit
 sensus diversos. Quis dedit sceulum culici, quo sanguinem
 sugat? Quam tenuis fistula est, qua forbet! Quis disposuit
 ista? quis fecit ista? Expavesce in minimis, lauda magnam.
 S. Augustinus in Psa.

Bengalenses, dici nequit, quantopere tigres formident.
 Cæterum providentia Dei creavit bestiolam: cæteri magni-
 tudinem non superantem; quæ conspectam semel tigridem mox
 aggreditur, & latratu suo in figam convertit; ut hominibus
 æque, ac aliis animalibus, tempus fit, abidendi se in lare-
 bram. Ex epistola Nicolai Pimenta de statu rei Christianæ in
 India Orientali.

S. VII.

Providentia Dei de alimentis.

Ex Veteri.

Primum hominem in horto collocavit. Gen. 2. 15. Jacobo
 in fame per Joseph alimenta providit. Gen. 45. 11. In
 eremo panem de cælo. Ex. 16. 14. potum de terra dedit.
 Invenit in ipso anno (sterilitatis) centuplum. Gen. 26. 12.
 Unde patet, hanc messem, non per fertionem, non per agro-
 rum fertilitatem, sed per miraculum, & Dei beneficio, obti-
 gisse Isaac: ut ex uno modio à se seminato meteret centum
 modios. Cornelius hic.

Gomor per singula capita. Ex. 16. 16. Hoc primum, illud-
 que ingens, miraculum in manna; quod scilicet & tanta
 copia quotidie deplueret; quæ tribus hominum millionibus alen-
 dis sufficeret: & quod singuli domum ventios, cum man-
 na à se collectum metirentur, five plus, five minus, colle-
 gissent; omnes tamen unum, idemque; gomor reperirent:
 Angelo scilicet invisibiliter addente; si minus, quam gomor;
 demente, si amplius, collegissent. Hinc sequitur; omnes tunc
 quotidie ex manna comedisse unum gomor, parulos, robo-
 stos, viros, foeminas, senes, Deus enim cique in stomacho,
 & corpore, ita concoquebat, & dispergiebat suam manna,
 ut æqualiter omnes satiaret: ut in debili stomacho esset facilis
 digestio, in stomacho robustiore validis. Cornelius hic.
 Dignum inquisitione est: cur Domine non dedisti eis panem
 ad mensam; aut quem ad hebdomadem saltem servare pos-
 sent; sed ad singulos dies? Vult Dominus non dedisti eis
 providentia pendere; quoniam novit; non adituros nos eum,
 nisi indigeremus. Qua in re melior est pauperum, quam di-
 vitum, conditio: sunt enim singulis diebus pauperum oculi ad
 Dominum, ut eorum miseretur, & necessaria, saltem ad il-
 lum, tribuat diem: ut etiam nullus transeat dies; quo Dei
 circa se non sentiant beneficia. Olearter hic.

Pones super mensam panes propositionis. Ex. 25. 30. Voluit
 semper coram se panem habere; ut continuae nostre indigen-
 tiæ memor esset. Olearter hic. Causa, quare ponabantur isti
 panes, exprimitur Levit. 24. scilicet in memoriam iniorum
 Israel, ut Deus recordaretur eorum. Abul. q. 28. hic.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Facite homines discumbere. Joan. 6. 10. Discamus ex hoc
 miraculo, nè pusillanimes simus in angustiis, & paupertate;
 neque timidi simus in hospitalitate, & communionem: sed
 credamus, quod, etiam unum tantum panem habeamus,
 illum

illum multiplicaturus fuis qui ex quinque panibus tantum superesse fecit. Theophylactus. hic.

Nemo debet de vita illa desperare; nemo timeat; nemo debet dicere: si fennero, unde habeo vivere? si infirmus factus fuero, unde vivo? Christum habes; & times? si volatilia coeli pascit, dubitas, quod possit te pascere? diabolus pascit suos homines; & Christus non pascet suos servos? S. Hieron. in Pl. 107.

Bonus, & pius Dominus qui promittit æterna, non negabit temporalia. Thom. Kemp. conc. 18.

In promissis veritatis nemo dubitet: sit homo, qui esse debet, & mox addentur ei omnia, propter quem facta sunt omnia. S. Hieron. in c. 6. Matth.

§. VIII.

Providentia Dei specialis de Sanctis.

Ex Veteri.

Donec ingrediaris illuc. Gen. 29. 22. Urget hæc Dei verba, non potero facere quidquam. Prado in c. 9. Eccl. 6. ð divina bonitatis pelagus! nome satis erat, fidem astrinxisse suam, Dei Angelum crepturum Loth de Sodomæ incendio? quorsum tanta cunctatio? Videlicet acceperat Angelus à Domino mandatum, non modò salvandi Loth, sed etiam ipsum sospitem, tutum, & securum conservandi. Non potero, inquit, facere quidquam. At peccata Sodomorum multa sunt nimis: non potero. At impleta sunt scelera eorum: non potero. At clamant in cælum: non potero. Quorsum tam insolita providentia? quo nepotem Abraham nec tangat, nec officiat, nec percellat, percutientium calamitas. Apud Cornelium hic.

Reversaque sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cunctis exercitus. Ex. 14. 28. S. Basilii hom. 9. querit cur Deus, cum divisisset aquas maris, & iter præbuisset Hebræis, reducens aquas opprèsserit Pharaonem cum Ægyptiis? responder: seipsum præcipitem dedit; dum cordis arrogantia fretus, iter iustorum aulus est ingredi.

Erit anima Domini mei custodiata quasi in fasciculo. 1. Reg. 25. 29. Pulcherrimè comparatione statum iustorum à reproborum sorte discernit: hos lapidi fundæ assimilat, illos fasciculo. Fasciculus enim constringitur, ut integer maneat, & conservetur; lapis in funda expeditus ponitur, ut abiciatur. Sic enim in hoc seculo electi pressuris tribulationum coangustantur; ut, his admoniti, archius se ad invicem mutua charitate connectant, & coadunati ad invicem manu sui Redemptoris in perpetuum conserventur. At verò reprobi, quanto licentius in hac vita voluptatibus propriis, veluti liberi, dimittuntur; tanto longius in futuro à divinæ visionis gloria prœcipiantur; ut de eis merito dicatur: ipsi de manu tua expulsi sunt. Mirè autem omnipotentem providentiam describit superni Protectoris; cum dicit, animam viri sancti quasi fasciculo apud eum custoditam. Sic enim facilitum est cuilibet fasciculum herbe, vel fœni, sua manu retentum conservare; ita virtus Domini omnes per orbem electos, nè qui ex eis pereant, sine labore tueritur. V. Beda l. 30. quæst. in lib. Reg. q. 6. hic.

Sub umbra alarum tuarum protege me. Psal. 16. 8. Alas habere dicitur Deus pro eo, quod, more avis, electos suos, tanquam pullos, sub se jungit, fovet; & ab insidiis diaboli, & aërum hominum protegit. S. Anselmus lib. de vestim. & aliis Deo attributis. Alas.

Dominus regit me. Ps. 22. 1. Ut dux viatore, nè deviet; ut lux in tenebris ambulanti, nè exorbitet, ut pastor gregem, nè à lupis pereat. Dominus regit me ut navem, ut regnum, ut exercitum ut cœcum, ut equum freno, & stimulo. Regit me ut scholas. Qui loquitur super cherubim; idest, plenitudinem scientiæ. Hugo Card. hic.

Timete Dominum omnes Sancti ejus quoniam non est incopia timentionis eum. Psal. 33. 10. Palcebat te Dominus contemnente te; & deseret te timentem te? S. August. hic.

Insuper anima in manu Dei juat. Sap. 3. 1. idest, in peculiari Dei cura, providentia, tutela, directione. Moraliter ponitur iustus manu Dei. 1. sicut puer manu matris, vel nutricis, juxta illud Os. 11. 3. & ego, quasi nutritus Ephraim, portabam eos in brachiis meis. 2. sicut charta est in manu scriptoris; ut in ea scribat, & pingat, quodquid velit, juxta illud Is. 49. 16. Ego in manibus meis descripsi te. Sic Christus crucifixus in manibus suis inscripsit electos suos, non calamis; sed clavibus; non atramento, sed sanguine; ut amorem suum eximium in nos testaretur. 3. sicut annulus est in manu regis; acq̃ enim præcipua est anima iusti in manu, & oculis Dei. Vide Jerem. 22. 24. Eccl. 49. 13. Aggæi 2. 24. 4. sicut æger debilis est in manu confortantis; juxta illud Eccl. 3. 14. manus Domini erat mecum confortans me. 5. sicut materia, vel instrumentum, est in manu artificis; ut eas tunctionibus, pressuris, patientia, omnique virtute, & gratia expoliat. Cornelius hic.

Serve Dei, tolle prædium. Dan. 14. 36. Talem enim discophorum inopia meruerat hebdomadis. S. Hier. l. 2. contra Jovi.

Ex Novo, & Patribus.

Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Luc. 12. 7. Non quicumque capilli numerantur, sed hærentes capiti. Obediens, suoque ad hærentes capiti, Dei in se curam provocat. Oliva l. 13. Strom. hic.

Nolite querere, quid mandaverit. Luc. 12. 29. Pater vester. Cajet. & hæc sola ratio sufficit ad confidendum. Nicetas in or. 44. Naz. ait: parata rerum copia creatum ultimò Adamum esse; ut Mundum ingressus inopia minimè laboraret.

Servum Christi non custodia temporalis, sed Domini providentia, sepire consuevit. S. Ambros. orat. in Auxentium de Basilicis tradendis.

§. IX.

Providentia Dei de uno, ut de omnibus, quasi de se solo.

Vult Dominum inimicum scila. Gen. 28. 12. 13. Nota, Deum suos, præsertim virtute præstantes tanta cura per se, & Angelos, curare; ac si his totus incumberet, nec quicquam aliud curaret in toto Mundo, Juxta illud Cant. 2. 16. dilectus meus mihi, & ego illi. Cornel. hic.

Ego sum Deus Abraham. Exod. 3. 6. Querere, cur hic ter, puta ad singulos, reperatur nomen Dei, & ut ostendat Deus; quantum singulorum habeat curam: quòd unum curet, sicut omnes; & quòd singulorum sit totus. Cornelius hic.

Sic intendunt divina judicia super unam animam, sicut super unam urbem; sic super unam urbem, sicut super unam gentem, sic super unam gentem, sicut super universam humani generis multitudinem: quia & sic intendit Dominus singulis, ac si vacet à cunctis; & sic simul intendit omnibus, ac si vacet à singulis. S. Greg. mor. l. 25. 13.

Sic gressus meos, femitalque, consideras; & die, noctumque, super custodiam meam vigilas, omnes sentias meas diligenter notans, speculator perpetuus; velut si totius creaturæ tuæ, cœli, & terræ, oblitus, tantum me solum consideres, & nihil sit tibi curæ de aliis. S. August. solim. c. 14.

O tu bone omnipotens! qui sic curas unumquemque nostrum, tanquam iolum curas; & sic omnes, tanquam singulos. Id. lib. 3. Conf. c. 11.

Ita tibi intendit Deus, ita tui curam jugiter habet; quasi tu solus in toto terrarum orbe viveres. Blohus parad. a. n. c. 2.

§. X.

Providentia Dei à malis physicis, & moralibus, elicit bona.

Ex Veteri.

Cœc somnator venit: venite occidamus eum. Gen. 37. 18. Tolle malitiam fratrum ejus; tolle invidiam, tolle illud omne parricidæ commentum, quo sævierunt in fratrem; usque venderent eum. Si hoc auferas, vide quantum simul premeris dispensationem Dei: simul enim abscondes cuncta illa, quæ apud Ægyptum per Joseph pro salute omnium gesta sunt. Orig. hom. 14. in Num. 23. Quia mutari Dei consilium non valet: quem ideo venderunt, ne adorarent; adorant quia venderunt. S. Greg. h. 21. in Ezech. Quidquid in contrarium moliaris, resistente licet Universi creatura, pugnantibus tenebrarum potestatibus: per eas ipsas contrarietates iustus vadit, secundum quod scriptum est de eo. Bæza t. 1. l. 3. cap. 6. §. 6. Per ipsos insidiatores ei contexebatur diadema, & comparabatur purpura; & ab infamiae occasione, honoris, & regni, ei causa processit. S. Chrysost. in Pl. 138. de Joseph. Pensemus, quomodo sapientes in ipsa sua astutia vis divina comprehendat. Ideo ab eis venditus erat Joseph, nè adoraretur: sed ideo est adoratus, quia venditus. Attute namque aliquid agere auit sunt, ut Dei consilium mutaretur, sed divino iudicio, quod declinare conati sunt, renitendo servierunt. - Sic divinum consilium, dum devitatur, impletur: sic humana sapientia, dum reluctatur, comprehenditur. S. Gregor. mor. l. 6. c. 12.

Vos cogitatis de me malum; sed Deus vertit illud in bonum. Gen. 50. 20. Miste ante os vestrum. Psal. 104. 17. Merididit vitrum: quia multa passus viriliter cuncta sustinuit. Considerandum est etiam, quod dicit, cum Dominum misisset qui fratrum suorum iniquitate distractus est. Novit enim Deus bene uti malis aliis: sic enim illi omnia ad verba felicitate contigerunt; et missio facta fit Dominum Joseph dolosa venditio; sicut & ipse suis fratribus dicit. Gen. 45. 5. pro salute vestra misit me Deus ante vos in Ægypto. Cassiodorus in Pl. 104.

Præ-

Præcipit ergo Pharaon quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicere. Ex. 1. 22. Cur parentes potuerunt abscondere Aaron, non Moysen? S. Chrysost. ho. 14. in Acta semper, quæ videtur esse contra nos, pro nobis sunt. O mirabile est, quòd non per ea, quæ videtur, securitatis esse; sic planè per contraria, omnia pro nobis sunt. Jussit Pharaoni flumen proiciat pueros. Nisi pueri fuissent projecti, non fuisset servatus Moyses; non in aula educatus fuisset. Quando expositus est, tunc factus est in honore. Altissima Dei providentia id, quod erat mandatum ad interitum, ordinat ad salutem, vitam, & exultationem. Sylveira in Act. 7. 21.

Idcirco posui te; ut ostendam in te fortitudinem meam; & nuper nomen meum in omni terra. Ex. 9. 16.

Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus. Ps. 110. 2. & tam sapienter exquisita; ut, cum Angelica, & humana, creatura peccasset, idest, non quòd ille, sed quòd voluit ipsa, fecisset; etiam per eandem creaturæ voluntatem, quo factum est, quod creator noluit, implevit ipse, quod voluit: bene utens & malis tanquam summe bonus. S. August. Enthir. c. 100.

Radix sapientia cui revelata est? Eccl. 1. 6. Qua ratione Deus bonum è malo elicit, radicis similitudine explicatur. Radices enim, licet fetidit, & immundis, aquis riget; ex illis ramen arbor humorem elicit, quo flores, & fructus, ramis subministrat; & quibus idem, qui cœnolas aquas immiserat, nutritur. Octavianus hic.

Constatut gladius suus in vomeres, & lanceas suas in falces. Isa. 2. 4. Quando id factum? ut gladii, qui sunt ad perdendam vitam, convertantur in aratrum, & instrumentum alende vite; & lanceæ, quæ sunt ad occidendum, sint pro metendis alimentis? Hoc totum videmus in Paulo impletum, ait Tertull. l. Adv. Gnost. c. 13. Paulus Apostolus, de persecutore, qui prius Ecclesie sanguinem fudit, postea gladium sylvo mutans, & convertens machæram in aratrum; Lupus rapax Benjamin, deinde affertens ipse etiam. Sylveira in Act. 9. 2.

Ex Novo.

Filia mea modo desualla est. Matth. 9. 18. Moriebatur ista duodennis puella; nec Christus ante mortem voluit subvenire: ut pro revocatione à morte attolleretur miraculum; et fides scientium per amplius firmaretur. Sim. Cals. l. 5. c. 14.

Et Judas Iscariotes, qui tradidit eum, Matth. 10. 4. Habuit Christus inter Apostolos unum; quo malo utens bene, & suæ Passioni dispositum impletur, & Ecclesie suæ tolerantior malorum præberet exemplum. S. August. de Civ. l. 18. c. 49. Non Jude tradidit, sed sapientia Christi, atque potentia, salutem peccati universis. Christus enim improbitate aliorum ad utilitatem nostram usus est, S. August. hom. 82. in Matth. 26.

Filia mea malè à demonio vexatur. Matth. 15. 22. Ut quid malè? nunquid aliquando bene vexare quempiam voler? minime sua intentione duntaxat, sed divina providentia, quæ bene malis utitur; demonum malorum hominum, voluntatibus sunt secute coronæ. Clamat hoc Martyrum exercitus, vexantibus demoniis, tyrannorum terrore, & suppliciis, consecratus. Hæc filia, materno iudicio, malè à demonio vexabatur: sic enim intentione Sathanica; sed ad profectum utriusque, bene vexata fuit: nam ambæ, in anima liberæ à culto averse Gentilium, in Christi familiam transierunt. Sim. Cals. l. 5. c. 24.

Filius hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Matth. 26. 24. Non obviat proditoris insania, sed servavit Domini viis, & inter inimicorum rabies contrarietas viam invenit, qua citius perveniret ad gloriam præparatam Bæza t. 1. l. 3. c. 6. §. 6. Si auferas malitiam Jude, proditionemque ejus perimas; absterilem pariter Crucem Christi, & Passionem ejus &c. - Et propterea puto, in divinis voluminibus scripta esse bonorum gesta, & malorum; & ex sinistris, & dextris adibus scripturas divinas esse contextas: ut intelligamus, quia apud Deum otiosa non sunt, nec malorum opera, nec bonorum. Orig. hom. 14. in Num.

Infer dignum suum huc. Joan. 20. 27. Plus nobis Thomæ insidiat ad fidem; quam fides creditum Discipulorum, profuit: quia dum ille ad fidem palando reducit; nostra mens, omni dubitatione postposita, in fide solidatur. S. Gregor. hom. 26. in Evang.

Vexatus à spiritibus immundis. Act. 16. 16. Hic, & in Evangelis, crebra fit mentio possessionum à demone, quos curavit Christus, & Apolloli; immò crebrior, quam in toto Testamento veteri: quia vigeat tempore Christi hæresis Sadduceorum negans esse Spiritus. Ad hæc resutandam, permittit Deus demoni homines possidere; in eisque se, & vim suam, ostendere: idque aliquando sine culpa, aliquando ad puniendam culpam, vel oblectum, vel parentum. Simili de causa permittit DEUS tot sagas, & magos; contra Atheos? qui negant omnem Spiritum, immò omne Nomen. Corn. hic.

Petrus ab eo epistolæ. Act. 9. 2. Cur Saulus à Pontifice non petit mandata, sed epistolæ? non decreta, provisiones. R. P. Spanner Poly. Tom. II.

Perpende profundam DEI sapientiam. Postulat eas ad Ecclesiam Christi destruendam; Ordinat DEUS, ut ipse scribat, & nobis det epistolæ divina sapientia plenas, ad fundandam, & illustrandam, Ecclesiam. O mutatio dextere Excellæ, qui sic rerum ordinem, ac sylum, immutat; qui sic hostilia arma convertit in auxilia, & patrocinia. Et sic manus armata cum epistolis, ad expugnandam Ecclesiam, fit manus armata cum epistolis ad fortiter pugnamum pro defensione ipsius Ecclesie. Sylveira hic. q. 2.

Forstian enim ideo discessit ad heram à te, ut æternum illum reciperes. Scribit. S. Paulus ad Philemonem v. 5. de Onesimo. S. Hieron. si dominum non fugisset, nunquam venisset Romam, ubi Paulus erat victus in carcere. Si Paulum in vinculis non vidisset, non recepisset fidem in Christum. Si Christi non habuisset fidem, nunquam Pauli effectus filius in opus Evangelii mitteretur. Ex quo paulatim, & per gradus suos minister Evangelii est factus Onesimus; quia fugit à domino. Apud Did. Nyss. D. 4. Palch. §. 3.

Videbant corpora eorum per tres dies, & dimidium. Apoc. 11. 9. Anti-Christiani eo consilio non sinit Saucos sepeliri, ad majorem ignominiam. Ad providentiam DEI ordinavit; ut eorum malitia inserviret ad majorem gloriam. Albertus M. Vult DEUS insensibilis esse; ut major sit eorum gloria, ut evidens fiat eorum resurrectio: quia, si sepulti essent, non esset ita clamor de eorum resurrectione. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Dicimus, dispositione quadam, & sapientia DEI, ita in hoc Mundo esse disposita, ut nihil proficiat opusculum sit apud DEUM; etiam si malum illud sit, etiam si bonum. Orig. hom. 14. in Num. Sentus est, non ipsa verba.

Si homo ad imaginem, & similitudinem DEI factus in suæ honore naturæ mansisset; nec diabolica fraude deciperet, à lege sibi posita per concupiscentiam deviasisset à Creatori Mundi creatura non fieret; neque aut sempiternam temporalitatem subiret; aut æquali Deo Patri Filius Deus formam servare; & similitudinem carnis peccati assumeret. S. Leo f. 3. in Pentecoste.

Neque DEUS ullum, non dico Angelorum, sed vel hominum createt, quem malum futurum esse præciseret; nisi pariter nosset, quibus eos bonorum usus commoveret; atque ita ordinem sæculorum, tanquam pulcherrimum carmen, etiam ex quibusdam quasi antithedibus, honestaret. S. Aug. de spir. l. 11. c. 18.

Sicut iniqui malè utuntur bonis operibus Dei; sic contra Deus bene utitur malis operibus iniquorum. Id. tr. 27. in Joan.

DEUS permittit hominem tentari, quem sciebat esse casurum: quia simul videbat, eo casu se uti posse ad misericordiam, & iustitiam, declarandam: dum ex damnata massa alios iuste punit, alios misericorditer liberabit. S. August. de grat. &c. c. 10.

Est maximum divinæ providentiæ argumentum; non finero, ut vitium, quod ex voluntaria defensione ortum est, inconducibile maneat, & inuile; sed nec fit omnino noxium. &c. Clemens Alexand. l. 1. Strom. c. 8.

Multi adhuc, Deo dispensante, cadunt; ut fortiores resurgant; & qui prius ante lapsum haberent solummodo gratiam adjuvantem, post ruine reparationem accipiunt simul & gratiam confirmantem. Rich. à S. Vict. de erud. hom. inter. l. 2. c. 50.

Diabolus prodest.

Permissus est ad probandum Job Sathanas. - Nescit diabolus; quanta bona de illo fiant, etiam cum sævit. Sævius intravit in cor Jude, sæviens tradidit Christum, sæviens crucifixit; & crucifixo redemptus est orbis terrarum. S. August. in Psal. 130. Ecce sævitia diaboli diabolo obviat; nobis autem profuit. Sævendo enim, quos tenebat, amittit, redemptus sanguine Domini; quem, cum sæviret, effudit. Ib.

Diabolus sibi ipse, non nobis, est malus: nos enim, si velimus, plura etiam commoda per illum, perque illius nequitas consequimur; illo etiam invito, ac renuente; quod est profectio mirabile. Et in hoc divinæ bonitatis magnitudo conspicitur. S. Chrysost. de provid. Dei l. 1.

Ubique voluntas est in causa, ubique nostrum arbitrium est auctor: quandoquidem diabolus etiam utilis nobis est; si eo, prout oportet, utamur. S. Chrysost. tom. 6. ferm. cur è medio non sit sublati diabolus, & ad laudem, vel gloriam, iusti iudicis factus est diabolus, & honorem Dei profecti; vel agere voluit; totum ad obsequium, & honorem Dei profecti; & proficere non desinit usque in finem sæculi. S. Rupertus l. 2. de oper. Spir. S. c. 25.

Vide Diabolus, Infernus.

TITULUS XXXVI. PRUDENTIA.

§. I.

Symbola.

Dicitur autem, ac noctem. Gen. 1. 14. Prudentia, quasi diei quarti lumen, erumpat; per quam inter facienda, & non facienda, quasi inter diem, & noctem dividamur. Ael- siodorus Abb.

Nemine Jachin. 3. Reg. 7. 21. Jachin. Hebr. idem, quod dimelios, & restitudo, Booz, idest, in eo fortitudo. Tropol. quilibet Fidelis, & Sanctus, eget columna duplici; ut fiat templum DEI: scilicet Jachin, idest, prudenti, rectaque directione, ad decernendum id, quod agendum est: & Booz, idest, fortitudine ad illud exequendum. Prudentia enim prout quasi lux, viam virtutis, & sanctitatis, ostendens: unde dexteram occupat. Cornelius hic.

Prudentia comparatur astutiae serpentis. Deludit enim incantatorem obturandam unam aurem cum terra, & aliam cum cauda. Sic viri Sancti, & prudentes, deludunt incantatorem, idest, tentationem diaboli: quia unam aurem obturant cauda, idest, memoria mortis, & aliam obturant terra, idest, consideratione propriæ fragilitatis. S. Bonaventura dicit. Sal. c. 28. de prudentia.

Serpens lippientibus oculis feniculi fucce medetur; ita & tu verè prudentiam pharmaco discite omnes inconsiderationis nebulas. S. Basilus hom. 9. hexam.

Prudens vir assimilatur hyacintho. Nam sicut dicit Diofco. Hyacinthus aeri se maximè conformat, ut sit in nubilo nubilosus, & in sereno serenus: similiter homo prudens conformatur de deceter statu aliorum, cum quibus habet convenire. Geminius l. 2. c. 28.

§. II.

Prudentiæ definitio.

Prudentia, est rerum bonarum & malarum, & neutrarum, scientia: partes ejus memoria, intelligentia, providentia. S. Augustinus l. 83. Quest. q. 30.

Verè hominis consulti prudentia, discretio est rerum, quæ faciendæ sunt, & non faciendæ: & velut probus nummularius; quod probum est, retinet, & ab omni mali specie caret. S. Basilus in princip. Proverb.

Prudentia, est virtus electiva boni, & fugitiva mali. Hugo Card. in Prov. 17.

§. III.

Prudentia futura prospicit.

Um invenire poterimus talem virum, qui Spiritu DEI plenus sit? Gen. 41. 38. Joseph sapientissimus habitus est, quod consilium Pharaoni suggerisset; et fertilitatis tempore omnia regi horrea frumento compleret, quod tempore sterilitatis ului foret. Ipse Rex eum laudavit. Et sane plenus ille Spiritu DEI dicendus est, qui sibi ipsi prius consilium in- terea, dum magna apparer in Mundo fertilitas, terraque misericordia repleta est (misericordia tua Domine plena est terra.) Psal. 118. 64. de virtutibus, bonisque operibus; ut istidem, dum maximè opus habuerit, in tempore angusto, gratiarum- que inedia, in qua de sola justitia agitur, utatur. Beffeus Dom. 8. Pent.

Vitam sapientem, & intellegendam, ac novissima providentem. Deut. 32. 29.

Comparatus est jumentis insipientibus. Psal. 48. 13. Sicut pecudes solum presentia, & quod in oculis est, spectant, futuri non solliciti; ita homo vanus, & æternitatis, & vitæ melioris oblitus; in res præcantes se immergit. Drexel. Daniel c. 12. §. 1.

Vade ad formicam. Prov. 6. 6. Si enim tantillum animal, duce carens, rationis expert; tantum natura duce sibi provide in futurum: multo fortius homo ad imaginem DEI factus ipsum habens duce, debet in præsentia fructus bonorum operum congregare; quibus vivat in futura vita, quæ nunquam deficit. Comparatur autem vita præfens astuti: quia nunc, inter ardores tentationum, tempus est colligendi merita futurorum præmiorum. Dies verò Judicii hyemi comparatur: quia tunc nulla relinquatur facultas laborandi pro vita habenda: immò quilibet cogitur comedere de hoc, quod recondidit in horreo suo. Hugo Card. hic. Et apud ratione carentia animalia aliquis de futuro sensus est; ut & nos non præfenti vitæ inhiemus, sed ad futurum sæculum omni studio aspiramus. Non in præfenti sæculo repones, quod in futuro tibi requiem parer, formicæ exemplum spectans? quæ per æstatem hybernum cibum sibi recondit; neque, quia non- dum adest trahis hyemis, inerte tempus deducit. Clarius l. 1.

or. 56. Formicæ sunt prænuntie mortis. Ità eandem prænu- tiare Cimoni, teste Plutarcho in ejus vita, & Neroni. Cum enim hic formicæ, se pennatarum formicarum multi- tudine operi; concitata in se multitudine mortem paulò post sibi conscivit, teste Suetonio. Causam dat Aldrovandus: formicæ, inquit, esse mortis indicium, afferunt; quod terre filix sint, & in subterraneis caveis habitent; quò etiam mor- tuorum cadavera inferuntur. Ità sapiens semper prospicit im- minentem mortem. Cornelius hic.

Formica cum hyeme educum de caverna frumentum sicca- ret, cicada esuriens rogabat; ut aliqui frumenti concederet. Cui formica: quid fecisti æstate? cecini, inquit illa. Si æstate, respondet formica, cantasti, hyeme salta. Malenus Argut. l. 1. c. 4.

Qui congregat in massa. Prov. 10. 5. Chald. qui operatur in æstate, filius sapiens est. Æstas, & messis, symbolum est oc- casionis, five temporis idonei ad rem bene gerendam. Est etiam æstas Symbolum præfentis vitæ; hyems mortis, & sta- tus futuri sæculi; ubi nullum est laborandi, & merendi tem- pus. Cornelius hic.

Ubi non est scientia animæ, non est bonum. Prov. 19. 2. Scien- tia animæ, est sapientia, prudentia, & sapientia; qua anima non solum presentia, sed & præterita, & futura pro- spicit: ut actiones suas ita perfecte componat; ut eas in Judi- cio Christi veri possit. Scientia ergo animæ, est prudentia, quæ consulti animæ. Id. hic.

Et si multitudine scientia defuerit quis, scit præterita, & de futuris æstimas. Sap. 8. 8.

Ex Novo.

Tu es, qui venturus es? Matth. 11. 3. S. Hieron. non ait, tu es, qui venisti; sed, tu es, qui venturus es? Et est sensus: manda mihi, qui ad infernum descensus sum; utrum te & inferis debeam nuntiare, qui nuntiavi superis? Omne Joannis studium in eo versatur; ut quid post mortem futurum sit, sciat. Nullam ad Judices, auctoritatem, legationem ador- nat: in vinculis solutionem non curat; sed, quid post mor- tem illi conveniat, exaudivit. Quam aliter plures se gessissent! Naxera in Jos. 16. §. 15.

Prius sedens computat. Luc. 14. 28. Sedere illud, est con- siderare intra se conscientie suæ secreta. Senecit solitarius, & tacet, Thr. 3. 28. Computare, est prævidere per sollicitam considerationem. Unde Glossa: omne, quod agimus, præve- nire per studium considerationis debemus. Prov. 4. 26. Oculi tui recta videant; & palpebra tua præcedant gressus tuos. S. Bonaventura hic.

Laudavit Dominus villicum, qui prudenter fecisset. Luc. 16. 8. Non quia donavit alienum, fecit prudenter; Sed quia sibi providit in posterum. Pars enim prudentia ipsa prudentia dicitur; de qua optavit Moyses in suo Cantico loquebatur: vitam novissima providentem. Deut. 32. 29. Sim. Caes. l. 6. c. 3. Non laudat Dominus, ut iniquum Euthym, Theophylac- tus, Beda; dispensatoris furtum, sed ejus ingenium; quo suo commodo in futurum prospexit; sibi procurans amicos de bonis Domini sui. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Prudens, quasi porro videns: perspicax enim est, & in- certorum prævidet casus. S. Ild. l. 10. Ethym. c. 15. Propter quod sancta animalia Ezech. 1. 18. & 19. 12. plena dicuntur oculis, ante & retro, intus & in circuitu: ut præterita, futu- ra, & presentia, circumspicerent, & præcaverent. Apud de Ponte in Cant. 6. Exh. 15.

Quia homo amore visibilibus ab invisibili amore cecidit, sola jam visibilia ex peccati pœna cognoscit: eaque diligit, solis eis inhæret; & invisibilia, quasi non sint, postponit. S. Bonaventura de retor. ment. p. 1. c. 16.

Nunc dum tibi Mundus aridet, dum carnis sanitas fervet, dum prosperitas terrena demulcet: quæ post ista sequuntur, excogita; & jam quasi transactis, quæ præfata sunt, illud pru- dentia vestra solerter examinet, quæ præfentibus futura suc- cedant. B. Petrus Dam. l. 4. ep. 5. ad quandam Episc.

Mitte cogitationem in futurum ævum, quodam non eris. S. Asterius hom. advers. avaritiam.

Quatuor sunt, quæ prudentia nos edocet: scilicet præteri- ta recordari, disponere presentia, futura prævidere, & dubia disponere. S. Thom. Aqu. opusc. 37. de vit. & virtut.

Quisquis prudentiam sequi desiderat, tunc per rationem rectè vivat; si omnia prius existimet, & perpenfer. Si prudens esse cupis, in futurum prospectum intende. S. Martinus Bra- car. Ep. de verà vit. c. 1.

Prudentia verè, & perfecta, est, semper nisi ad agnitionem divinæ naturæ, & profunditatem humanæ miserie. - Ille verè prudens est, qui frequenter pensat quid bonis, quid malis futurum sit? quanta delectatio sit bonis, uniti summo bono æternaliter; quanta amaritudo malis, separari à summo bono æternaliter. S. Albertus M. parad. an. c. 8.

TITULUS XXXVII. PSALMI.

Exurgat DEUS, & dissipentur inimici ejus. Psal. 67. 2. Qualem orationem, aut quod verbum ex omnibus ora- tionibus, plus timent demones? Narraverunt nobis spiritua- lium studiosi, homines fide digni; quod aspectu ipso, & de facie, aliquando apparuerit eis Diabolus; & petius ab eis hanc questionem responderit: non existit in toto tam ve- teri, quam novo testamento verbum terribilius, atque magis nostram disperdens potestatem, quam initium 62. Psalmi quamprimum enim verbo dicto, exurgat DEUS: mox ulu- latus evanescit, & disparat Diabolus. S. Athanasius Ep. Alexan. lib. Quest. q. 12.

Communis quidam bonæ doctrinæ thesaurus est. S. August. tr. 8. in Prolog. de libro Psalmorum. Plures ibidem laudes. Nec cervi ita tela fugiunt, ut Psalmos David demones. S. Chrysoft. in Ps. 14.

Si te ira extimular, mansuetudinem indue, & ad Psalmo- rum decantationem perurge. S. Joan. Damasc. in fragmento sentent.

Psalmus ex lapideo etiam corde lacrymas excutit. Psalmus Angelorum opus est in censum spirituale. Ubi Psalmus adest cum compunctione, ibi & DEUS, unà cum Angelis. S. Ephrem Encomio in Psalm. Verè coruscus liber, cura faucia- ti cordis, favius interioris hominis, consolatio magna lugen- tium. Cassiodorus in Prologo Psalterii.

TITULUS XXXVIII. PUDOR.

§. I.

Pudorem, propter Deum, & virtutem, vince, seu, publicè, benefac.

Num. I.

Villares ex Veteri.

Circumcidetur ex vobis omne masculinum. Gen. 17. 10. Vo- luit Deus, ut Abraham circumcidetur; ut signaretur amicus ejus signo exteriori. Non enim sile, ut solum inter- ius ejus amicus simus, sed ut etiam exteriori nos ejus amicos esse ostendamus. Stella in Luc. 2. 21.

Fallum est autem, cum sedisset Rex in domo sua. 2. Reg. 7. 1. Qua machina hostes vicit? Iyra & filiu. Salvavit coram arca palam: nam mox post fallum coram arca addit textus pa- cem regni: ut hanc, non armis, sed publico partam scite- mus obsequio. Oliva. l. 1. Strom. Tit. 2.

Narrabo nomen tuum fratribus meis; in medio Ecclesia. Landa- bo te. Ps. 21. 23.

Laculus noster floridus. Cant. 1. 15. Quid sponsum? an mox advenit ad latebras? quin eas parietis à cubili secreto in patenter campum abire. Ego flor campi. Cant. 2. 1. nolentia septa humanitatem meam stagnare. Ergo sine optas; tibi ger- mino, sed in agro; ut omnibus te à me diligi, constet. Oli- va l. 1. Strom. tit. 2.

Sicut fragmen mali Punici generat. Cant. 4. 3. Habet rubo- rem mali Punici in genis anima, cum erubescit non refu- git pro Christo objectionis, paupertatis, consummularum, af- flictionum, & laborum. Richardus à S. Victore c. 20. in Cant. hic. Malum Punicum, quia rosei coloris est, Passionis Domi- nicæ mysterium non inconvenienter insinuat. - Quia ergo san- cta Ecclesia non erubescit Crucem Christi, sed & ipsa gaudet in contumeliis, ac passionibus pro Christo; vexillumque cru- cis ejus gestare solet in facie merito genas instar mali Punici habere memoratur. V. Beda l. 4. in Cant. hic.

Ut inveniam te foris. Cant. 8. 1. Eminet amor, seque osten- tet foris; non in latebris occultetur. Oliva l. 1. Strom. Tit. 2.

Num. II.

Ex Novo.

Christus Dominus.

Nemini dixeritis visionem. Matth. 17. 9. Christus mandavit sleri visa, non audita. Loquebantur de excessu. Celat gloriam, non amorem; & magis amore, quam spe gloriæ, vult nos ad se trahere. Sylveira hic.

Et deridebant eum. Luc. 8. 53. Frequenter legitur Christum à reprobis irritus; non tamen ob hoc ab operibus pietatis cessa- vit. Non igitur ægrè feramus, si à quibuscumque irridemur; nec ob illorum irrisiones à bono inchoato celsimus. Dion. Carth. hic.

Proposito sibi gaudio sustinuit errem, confusione contempta. Hebr. 12. 2.

Romam veteres prudentiam pinxerint vultu triplici: ut quæ tria potissimum, tempora, præteritum, præfens, & futu- rum, complecteretur. Drexelius Ros. sel. virt. p. 2. c. 1.

§. IV.

Prudentiæ alii actus.

Ego dixi in excessu meo. Psal. 115. 11. Magna prudentia geritur, ut sibi aliquis imprudens esse videatur. Cassio- dorus hic.

Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Luc. 14. 18. Inspientes homines, voluptates, honores, ceteraque bo- na, sic emunt: emunt, antequam ad videant, explorant, considerent; quantum in iis periculi sit, & vanitatis. Con- tra verò de prudente illa domina Prov. 31. 16. legitur: con- sideravit agrum, & emit eum. Barradius tom. 3. l. 3. c. 14. D. 2. Pent.

§. V.

Prudentia major in caducis, quam æternis.

In hoc sermone nobis sum factus. 1. Reg. 11. 2. Cur diabolus i dextis oculis potissimum insidietur? Dexter oculus signifi- cat prudentiam spirituales, sinister carnalem. Non curat ergo diabolus carnalem prudentiam in nobis extinguere, sed spirituales. Nam Rom. 8. 6. Prudentia carnis mors est; & præ- dicitur autem spiritus vitæ, & pax. Mendoza hic. Annot. 8. Secd. 1. Petr. Bles. episc. 14. omnes, qui militant in castris ambi- tionis, capi sunt à Naas Ammonite, dextroque oculo amiserunt: perspicaces enim sunt in acquisitione temporalium; iacturam verò vitæ, quæ præterit, & imminetia mortis æter- næ supplicia; non attendunt. Coculentis sunt ad bonum, sed perspicaces ad malum.

Consilium Achitophel, quod dabant in diebus illis; quasi si quis consuleret Deum. 2. Reg. 16. 23. In iis tamen, quæ salu- tis, & animæ erant, brutum erat brutior: nam, desperatione agitur, infami laqueo sibi vitam interclusit. Hunc imitan- tur magni illi Consilarii status, & rerum mundanarum peri- ti; qui in negotiis gerendis, & consiliis aliis dandis, oracu- la quedam sunt; at pecora sunt in rebus conscientie: aquli- læ, & lynces in terrenis; talpæ in coelestibus. Bifficus Dom. 12. Pent.

Si oculus tuus fuerit simplex. Matth. 6. 22. Hugo Card. ex S. Chrysoft. ficit, qui graves habet oculos, si ponas eum in loco tenebroso, melius videt; si autem ponas in sole, nihil videt; quia oculus non suffert solis candorem: sic & homo mundialis; qui oculum, idest, mentem desiderii terrenis sordidam habet, & turbulentam. Si ponas eum in rebus mundialibus sapit, & altatus est: si autem trahas eum ad spiri- tualia, nihil sapit. Pinna. Echol. 102.

Filios hujus sæculi. Luc. 16. 8. dicit eos, qui laudant omnia, quæ in terra lucrosa sunt: Filios, verò lucis eos, qui debeat pie spirituales divitias comparare. Theophylactus hic. Vix invenitur aliqui Sancti, qui tantam prudentiam habeant in acquirendis bonis æternis, quantum calliditatem filii Sæculi habent in acquirendis bonis temporalibus. Eusebius Emis. Dom. 9. Pent. Eos vocat consuetudo prudentes, five sapien- tes; qui incommoda, & noxia, ab utilibus, in rebus huma- næ vitæ, discernere curant, juxta dictum Evangelii, filius hujus sæculi. Non enim absolute prudentes, sed secun- dum conversationem, & consuetudinem hujus vitæ, quæ in carne agitur. Hi namque villicii iniquitatis dicuntur: quia prudenter consulunt dispensandis suæ ipsorum vitæ commo- dis. S. Basilus in Plal. 48.

§. VI.

Miscellanea.

Ut intelligas universa, quæ facis. 3. Reg. 2. 3. hoc est, ut intelligenter, & prudenter agas, quæcumque ages: Chald. ut prospera reddas omnia, quæ feceris: qui enim prudenter sua agit, prosperè ea perficit. Cornelius hic. Basilus Imp. insti- tuens filium Leonem, cognomento Philosophum, hoc ul- timo ei dat præceptum; & Revolve JESU Sirach documenta; & quibus multum civilis, & regis, prudentiæ haurire pote- ris. Cornel. in Ecclesiasticum Prolegom. c. 5. Prudentia sine simplicitate calliditas est: simplicitas sine prudentia stultitia est. S. Albertus M. parad. an. c. 30.

Quatuor sunt hominum genera summa egentium prudentia: Sacerdos in penitentia injungenda; Index in sententia; Me- dicus in ægroto, dives in thesauro. S. Thom. Aqu. opusc. 37. de vit. & virt. c. 3.

Num. III.

Alia ex Novo.

Ubi est, qui natus est, Rex Judaeorum? Matth. 2. 2. Civitatem ingressi, fervido animo, diserta lingua, sine timore, de rege mirè nato incipiunt percontari; non autumantes displicere regentibus, & habitantibus civibus; sed congaudentes cum eis, quos de mirè nato gaudere putabant; tamquam de glorioso Domino, qui regnum Israel restitueret, & eriperet à tyrannide Romanorum. Sim. Caff. l. 1. c. 12.

Quasdam mulier de turba dixit illi: beatus venter tuus. Luc. 11. 27. Grata fuit Christo hæc mulieris proclamatio: quia, cum circumstantes Discipuli tacerent, illa publicè Christi laudes proclamavit. Sylveira hic.

Non est inventus, qui rediret. Luc. 17. 18. Unde tantum illi à Christo præconium? regressus est cum magna voce magnificans Deum. v. 15.

Qui præbans, incerpabat eum. Luc. 18. 39. Bonos Christianos, volentes facere præcepta Dei, Christiani mali, & tepidi, prohibent: clamant tamen illi non deficientes. Cum enim Christianus quique ceperit bene vivere, Mundumque contemnere, in qua sui novitate patitur reprehensores frigidos Christianos. S. Aug. f. 18. de verb. Dom. Tantò ejus affectio in se ipsa incendebatur, & fortior, calidiorque fiebat; atque in valentiorē vocem eripit, quantò majorem contrarietatem, ac resistentiā sentiebat. Dion. Carth. hic.

Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. 43. Cur non etiam Petro? S. Chryfost. Petrus negaverat in atrio; latro confessus est in cruce.

Discipulus occultus, propter metum Judaeorum. Joan. 19. 38. de Joseph ab Arimath. At ut vidit illum crucifixum, & mortuum; audenter se manifestat, & sepulture honorem ei procurat. Lyran. exemplo mortis Christi animatus, ostendit se publicè Christi Discipulum esse. Sylveira hic.

Non erubescit Evangelium. Rom. 1. 16.

Num. IV.

Sententiæ ex Veteri.

Accedite ad eum, & illuminamini. Pf. 33. 6. Rubor ille, quo ad opprobrium Christi perfundimur, ex distantia nascitur à DEO nostro. Quis enim propius ad Christum accessit; eumque vel in stabulo natum, vel in officina enutrium, vel in cruce defunctum, aspexit; quin pompas sæculi horruerit, & crucis decolorem nigredinem concupierit? Nigrescit sanè crucis opprobrium nobis, noctique instar fœquet; quod procul à cruce sine lumine caligine. Ideo ait Propheta: accedite. Cr. q. d. vici paupertatis pannos fulgere? in cruce lumine eos colloca. Nonne, dum tenebra regnarent, non timentur crucis lucem? qui etiam cruce fœdatam, involutanteque Christi divinitatem agnovit. Ergo accedite ad eum cognitione pium, tum imitatione; & facies vestra non confundatur. Oliva l. 12. Strom. §. Accedite etc.

Bona me signaculum. Cant. 8. 6. Ut non tantum interioris coram Deo, sed etiam exterioris coram hominibus, profitearis, te meam esse; in te credere, sperare, amare, & me solum habere Deum, Dominum Sponsum, ita ut nec in corde, nec in brachio, ponas signaculum Diaboli, aut alicujus creature. De Ponte hic Exh. 6. §. 2.

Ne accipias faciem auctoris armæ, ostendendo nihil faciendo omnia, dum bono pudori, & animæ consulatur. S. Ephrem de mala conversi. vit. ne acceptor sis personæ contra animam tuam. Vatablus: ne cedas ulli faciei, quod animæ tuæ damno fiat. Paulus de Palatio: nemo tibi pretiosior sit. Octavianus hic.

Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metumatis. Mat. 10. 31. 7.

Num. V.

Ex Novo, & Patribus.

Omni qui confitebitur me coram hominibus. Cr. qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est. Matth. 10. 32. 33.

Qui me confessus fuerit. Cr. Marci 8. 38. Cur Christus suis proponit cavendam solum verecundiam; quasi ea sit validissima omnia tormentorum ad negandam fidem. Cur non potius meminit ardentis fornacis, unguis ferreas, inauditas lanienas, rotas, bellias; cur maluit, illis omittis, solius verecundie meminisse? Lusa 9. 26. qui me erubuerit, & meos sermones; hæc Filius hominis erubescet. Sanè prima & præcipua vis diaboli contra humana corda in verecundia nimia consistit. O quot percunt, quia non contemnitur pudor, & confusio. Hebr. 12. 2. sustinuit crucem confusione contempta: nisi eam contempisset, totus Mundus periisset. Bazza t. 2. l. 6. c. 5. §. 19.

Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. Cr. 1. Petri. 4. 14.

Scio, quòd multi nos risuri sint, atqui melius est, nos nunc rideri, quam olim deplorari. Rideat, qui voluerit; subfannet, qui voluerit. In hoc positi sumus, ut videamur scilicet, ac subfannemur, ut omnia patiamur. Purgantem hujus Mundi falli sumus secundum B. Paulum 1. Cor. 4. 13. Si quis noluerit præceptum hoc perficere, quemadmodum tuba quædam per verbum denuntio; abstineat à liminibus Ecclesiasticis illis, sive princeps sit, sive alius diademate cinctus. S. Chryfost. hom. 8. in Act.

§. II.

Pudoris origo, & causa.

Accusavit fratres suos apud patrem erimine pessimo. Gen. 37. 2. Pater nihilominus dissimulavit. Non dicitur illos vel verberare, aut verbo, castigasse. Credo, quia ingenuos juvenes illa suorum criminum ad præter delatio tanto pudore affecerat; ut patens indicaret, illos tanto pudore fatis castigatos. Mendoza in 1. Reg. 6. 1.

Pudor plerumque corrector est nostri. Et dum incipit nos pudere commisi, nè diutius pudeat, deserere, quæ erubescenda sunt, adnotemur. S. Ambrosius in Pf. 118. Oculum 10. Videtur pudor esse valida, & potens, armatura ad effugienda peccata: qui ideo, ut puto, est nobis à Deo indutus, ut ejusmodi animi affectio sit nobis averso à deterioribus. S. Gregor. Nyss. hom. 3. in Ecclesiasten.

Dicunt Phisici, quòd natura pudore tacta ita sanguinem ante se pro velamento tendat. Unde videmus, quemque crubescentem velum sibi antefaciem opponere. Macrobius l. 7. Saturn. c. 11.

§. III.

Pudor magna afflictio.

Rimus in opprobrium universa terra. Judith. 5. 25. Non timet Achior necque, & interitum: Pudor enim viris magnis intolerabilis est; sperni, opprobriis impleri. Minus de reliquis malis queritur David; unam oculis opprobrium est. Psal. 43. 16. tota die verecundia mea contra me est. Isa. 1. 2. auditæ caeli, & auribus percipite terra: ipsi spreverunt me. Quæ Hebraeus egit improbe, pandit Judex Angelis, & hominibus, ut inde reus pudeat. Zeno Ven. f. 35. apud sapientem honestosque, homines gravitas est aliqua nota confundi, quam mori. Obfessus ab hoste Chaldaeo Sedecias, non tantum crucem, & necem timet, quam turpe opprobrium. Jerem. 38. 29. ne forte tradat in manus eorum, & illudat michi. Quid Sedecias? si Chaldaeus tuos eorum te filios necet? quid si tibi oculos eruat? non timet. Quid si gravissima cruciet? non timet: unum timet derisum hominum. Abul. q. 3. in 4. Reg. 25. Viri, qui sunt in magno honore, potius vellent sustinere mortem, quam illud. Matth. 27. 5. Judas Iscariot se suspendit. Theophylactus: non ferens ignominias subsecutus, seipsum è vita subduxit. Velloso in Judith. 5. Paron. 48.

TITULUS XXXIX.

PURGATORIUM.

§. I.

Afferitur, & probatur.

Spiritu s. & igni. Matth. 3. 11. Origens hom. 24. in Luc. accipit ignem purgatorii. q. d. Christus suos Fideles eum peccatis venialibus descendentes expiabit igne purgatorii. Cornelius hic.

Qui in spiritu s. peccaverit, non remittetur. Luc. 12. 10. Nathanaus addit c. 12. 32. non remittetur neque in hoc saeculo, neque in futuro. Ex quo aperte colligitur, purgatorium esse; & peccata in alio saeculo remitti. Nam si nullum peccatum in futuro saeculo remitteretur, superfluo sermone usus fuisset Christus, apponendo, nec in futuro. Stella hic.

Quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis. Cr. 1. Cor. 15. 26. Baptizantur, scilicet metaphoricè baptisimo afflictionum, lacrymarum, precum &c. ut suffragentur animabus purgatorii. Hoc sensu sepe alibi accipitur baptismus: ut Marci 10. 38. Luc. 12. 50. Pf. 31. 6. Cornelius hic.

Deinde pro defunctis SS. Patribus, & Episcopis; denique pro omnibus, oramus, qui inter nos vita sancti sunt: maximum esse credentes animarum juvenem, pro quibus offerunt obsecratio, sancti illius, & tremendi, quod in altari positum est, sacrificii. S. Cyrill. Jerof. Catech. myst. 5.

§. II.

Purgatorii poena.

Ille purgatorius ignis durior erit, quam quidquid potest poenarum in hoc saeculo, ad cogitari, aut videri, aut sentiri. S. Cæfarius Arel. hom. 1.

Poenâ purgatorii, quantum ad poenam damni, & sensus, excedit omnem poenam istius vitæ. Sanct. Vincent. Ferr. ser. 3. D. 1. Adv.

Sicut Mundus debuit mundari, & purificari, per aquam tempore Noe, sic etiam Deus ordinavit duo diluvia ad purificandam animas: scilicet diluvium aquæ baptismalis, ad refrigerandum fontem culpæ originalis, secundum diluvium ignis purgatorii: quia post baptismum refrigeramur, & effimur negligentes. S. Thomas: quia Diabolus jam victus est per illum, qui ducitur ad purgatorium; ideo victus non debet incarcere victricem. Id. l. 1. Dom. 4. Adv.

B. Veronica de Binafco V. febr. laboravit ex visione purgatorii. Bollandus 13. Jan.

§. III.

Motiva juvandi animas purgatorii.

Ex Veteri, & Novo.

Benedictus sis à Domino: quoniam eandem gratiam, quam præbuerat vivis, servavit & mortuis. Cr. Ruth. 2. 20. dixit Noemi de Booz.

Da partem septem, nec non & octo. Eccl. 11. 2. Nonnulli per septenarium accipiunt pauperes vivos; per octonarium defunctos degentes in purgatorio. q. d. da elemosynam pauperibus viventibus in septimana hujus vitæ; da & defunctis, qui ex hac vita transferantur ad purgatorium; ubi expectant octavam felicitatis æternæ. Cornelius hic.

Facta collectio duodecim milia drachmarum argenti misit Jerofolytam, offerri pro peccatis mercenarum sacrificium. Cr. 2. Mach. 12. 43.

Advenit regnum eorum. Matth. 6. 10. Et in ista eadem petitione pro illis oramus, qui sunt in purgatorio. S. Edmundus Cant. Spec. Eccl. c. 17.

Ubi duo, vel tres, congregati fuerint in nomine meo. Matth. 18. 21. Tunc Clerici congregati sunt in nomine JESU; quando procurant honorem DEI, & salvationem animarum viventium, & defunctorum. Sanct. Vinc. Ferrer. ser. 7. Dom. in Alb.

Emittunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. Marci 16. 1. Femine ferentes unguentum ad unguendum Christum mortuum, mortuorum meminit nos docent. Ille qui ungeri volebant unguentis corporalibus; nos animas in purgatorio unguentis spiritalibus, id est, precibus, elemosynis, sacrificiis ungamus. Imitemur Panmachium, de quo Hieron. in consolar. ad eundem: Ceteri mariti, super tumulos conjugum spargunt violas, rosas, lilia, floreque purpureos: Panmachius ossa veneranda elemosynæ rigat balsamo. Barradius t. 4. l. 8. c. 6.

Tulerunt ergo lapidem. Joan. 11. 41. Possit Christi virtus, ut Lazarus à sepulchro, sic & sepulchri lapidem simul tollere; sed maluit id operis aliis mandare, quod & ipsi fecerunt. Cur hoc maluit Dominus? quia defunctorum levamen possunt, ac debent, vivi homines procurare. Et sanè parvis laboribus nostris ingentes defunctorum labore possimus tollere. Bazza t. 2. l. 8. c. 3. §. 37.

Ex Patribus, & aliis.

Sic plena misericordia ostenditur, si non solum vivis in hoc Mundo, verum etiam morte oppressis, & in tenebris abyssi recessibus sedentibus, dimissionem prædicaverit. Sanct. Cyrill. Alex. l. 11. c. 3.

Latus debet &c. cor Christiani, quam coelum & terra, in benevolentia: quia recipere debet vivos, & mortuos, de paradiso, & purgatorio. S. Vinc. Ferr. l. 7. Dom. 16. Trinit.

Exempla.

B. Catharina Bonon. dicere solebat, quando cupio ab aeterno Patre gratiam aliquam impetrare, recuro animas purgatorii, ut meo nomine apud ipsum legatione fungantur; atque interventu earum me exaudiri sentio. Boll. 9. Martii c. 12.

Post mortem B. Lidvinae V. jub capite ipsius postus est saeculus quidam cum lacrymis ejus sanguinis, quas ex commiseratione erga animas purgatorii effuderat, à frigore condensatas. Bolland. 14. April. c. 13.

Religiosus solebat egredieris obire orans pro sepultis. Illo dein infirmatus vidit ad mansonem ejus procedere process-

ionem pulchram in albis. Uno illorum vocato, rogavit, qui essent? respondit: fumus animæ, quarum corpora in hoc jacet cimiterio; adjutorio illius infirmi de penis liberate: ob id nunc ei gratæ occurrimus. Broymard. orare pro defuncti.

§. IV.

Media, & praxes, eas juvandi.

Unus abscenditum extinguat iras. Prov. 21. 14. S. Thom. Aqu. opusc. 58. c. 25. iras Dei, penas purgatorii. In sanguine refectamenti tui emisisti vinulos de lacte. Zach. 9. 11.

Scala cæli, dictum Romæ B. Mariz templum. Origo nominis hinc est, quòd in eo. S. Bernardus, pro defunctis celebrans, in raptu viderit à terra usque in cætum Angelam portendam, per quam multe animæ comitantibus Angelis ascende-bant. Paulus Aringi de Roma nova.

Monetur parvè Isaacitarum familia. Ex. 12. 4. quòd si pauciores fuerint, quam par est, ad integri agni flum, affluant vicinum. Nonne reliquias poterant igne absumere? Lex illa cælestis agni esum respiciebat: quo ita implendi erant Fideles, ut aliis communicare de plenitudine cogenerent, nimirum in purgatorio detentis. Hinc ille nos receptus in Sacris, quo hostia in tres partes à Sacerdote dividitur: quasi ipse non possit totam divini epuli virtutem sustinere, nisi cum vicinis dividat, quibus alias partes tribuat. Theodoros? assumens vicinum. Hoc præcipit Deus, ut fratrem amorem, atque erga pauperes misericordiam, illos doceret. Bazza t. 1. l. 3. c. 8. §. 33.

Efuriit Daniel in lacu leonum. Dan. 14. 33. Cætus deficebat Fidelium in purgatorii lacu mesorum. Fer prandium mesorum, laborantium in Ecclesia viatorum. Refocillabit eos cibus tuus iste: portabitur in momento, & hoc in cinctio uno capitis tui, qui cinctus est unica mentis ad eorum refectio-nem intentio. Geslon. tr. 9. sup. Magnif.

Antequam comedo, suspire, ait S. Job 3. 24. Ex quo verbo, pietatis, & compassionis, inuitur opus; ut nunquam cibum corporalem sumas, nisi prius Fidelibus defunctis aliquam spiri-tualem elemosynam mittas. Id. ep. de pia mem. def.

Cemeteria sunt juxta templa; ut transeuntis mortis, & mortuorum, memores simus. De nobis nè conquiri possint verbis. Pf. 138. 8. & non dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini super vos. Marchantius Dom. 15. Pent.

§. V.

Purgatorium evadendi media, & praxes.

Ne obitum eorum operare justitiam. Eccl. 14. 17. Vult, ut contractum apud divinam justitiam penarum debitum voluntaria corporis castigatione expungamus, antequam nos mors occupet; & divinæ justitiæ inimicitis non tradat. Segneri l. 9. D. 1. Ven.

Et portaverit ab Angelis in sinu Abrasæ. Luc. 16. 22. Non purgatorium, sed in Abrasæ sinu deportatur. Mirum, veteris legis observatorem tam perfectum existisse, ut nullo piaculo fedaretur, quod esset purgatorio igne expandendum. Elco-bar t. 6. Par. Chr. l. 3. sect. 2.

Recepisti bona in vitæ tua. Luc. 16. 25. in qua si aliquid de genere operum bonorum egisti, mercedem tuam ultra condignum sortitus es: nullum enim bonum Deus irremuneratum relinquit. Et Lazarus similiter in vita sua recepit malum, id est, mala penalia, paupertatem, infirmitates, famem, opprobria, copiose perpeffus est: per quæ culpa ejus quotidiane quasi per ignem purgate sunt. Dion. Carth. hic.

Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam hinc haurire. Joan. 4. 15. Mulier utilitate aquæ adducta, aquam petir, ob duplex commodum, ut ait Cardh. Præio ut à pena sitis sit libera, ut non sitiam. Secundò, ut labore haurienti eripiat: nè veniam hinc haurire. Sylveira hic. Applica purgatorio.

O filii hominum! tempus purgationis advenit, quando mater sumam puritatis, de cuius purgatione die festus est nobis, pariter & fontem editit, & exemplum dedit nobis, quo debeamus purgari. Satis est, ò fratres, & suavis, fonte purgari, quam igne. Guarric. l. 4. de purif. Mar.

Quoniam dilexit multam. Lucæ 7. 47. Dulce purgatorium, tolerabileque præter asperum sensum contra tenerum sensum; amœnum, atque suave; possibile adhibendum, inexcusabile non habitum. Commune omnibus est dilectio, cujus virtute non solum peccata purgantur, penalerit, sed dulciter remittuntur. Sim. Caff. l. 9. hic.

Miscellanæ.

S. Francisca Romana, ostenso sibi divinitus purgatorio, vidit introitu hanc inscriptionem: hoc est purgatorium, spei locus; & animæ hic existentes habent intervallum pro desiderio. Vitæ l. 3. c. 3.

Osculetur me osculo oris sui. Cant. 1.1. Qui omnibus scate- re facit vitam, & vult omnes esse salvos; neminem vult coram, qui salvi sunt, expertem esse hujus osculi: est enim ejus osculum, purgamentum cuiusvis fordis. Quamobrem mihi videtur Dominus hoc exprobrare Simoni leproso, osculum mihi non desisti. Luc. 7. 45. Revera enim fuisset mundatus ab ægritudine, si ore attingisset Puritatem. S. Greg. Nyss. hom. 1. in Cant. hic.

Nihil quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius, ea mente debet esse, quæ in Dei habitaculum præparanda est: quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distin- cta, delectant: sed anima ornata virtutibus. Sanct. Hieron. ep. 14.

Non solum effusio sanguinis in confessione reputatur; sed devotæ quoque mentis servitus immaculata, quotidianum mar- tyrium est. Illa corona de rosæ, & violis plectitur; ista de lilii. Id. ep. 27. epitaph. Paulæ.

Purum esse dicitur, quando est suo contrario impermixtum. S. Bonav. f. 12. in Nat.

Valde est mirabile, & detestabile, quod toto posse homi- nes laborant lavare corpora, mundare à vermibus capita, à sordibus vestes: quarunt in lectis munda lintheamina, munda ferula, munda vina &c. & non curant, si immunda habeant corda. Quid fluitius? quid detestabilius? quid inordinatius? Vis habere omnia munda; & animam cælo nobiliorem non curas esse immundam. Id. f. 4. de Sanctis Apostolis.

QUADRAGESIMA.

S. I.

Figuræ.

Falluntque est diluivum quadraginta diebus super terram.

Genes. 7. 17. Legimus in veteri testamento, cum omne genus hominum scelerata iniquitas occupasset, tot dierum numero patefactis cataractis cæli aquarum pluvias defluxis- se; & mysterio quodam Quadragiesimæ inundatione orbiterarum facta non tam diluivum, quam baptismum contigis- se. Ita ergo & modo nobis Dominus illius temporis Qua- dragiesimam dedit; ut constituto dierum numero patefactis cælis pluvia nos misericordie cœlestis irroret; & inunda- tionem facta per baptismum lavaci salutaris nos imber illumi- net. Sanct. Ambros. ser. 34. de Quadragiesima. Cum Mundi faci- em iniquitas hominum possideret, tot dierum curriculo Deus, effusus de cælo imbribus, universam terram diluivio superfudit. Vides ergo, jam illo tempore mysterium in figu- ra dispositum. Nam, sicut tunc quadraginta diebus misere- tur ad hominem purificandum. Sanct. August. ser. 1. f. 4. Post 1. Dom. Quadragies. Per quadraginta dies, & noctes, pluit Dominus super terram: quanto nunc clementius cum præ- senti agit pius restitutor ætate. Illis quadraginta diebus reus Mundus, naufragio orbis exundatione consumitur; nunc patet precibus. Sanct. Eucherius ser. 6. de eo; oportet ora- re &c.

Dominus circumducit eum per desertum quadraginta annis. Num. 32. 13. Legimus in veteri testamento, cum Sanct. Moy- ses filios Israël de jugo Ægyptiacæ captivitatis erueret, ut in terram eos promissionis induceret, quadraginta & duorum dierum eum ad memoratam terram mansionibus pervenisse. Eodem numero Moyses pervenit ad requiem; quo & nos per jejunia propter ad cælam. Jejunia enim nostra mansio- nes quadam sunt; per quæ iter spiritualiter facientes, animæ virtutibus ambulamus; & diurno protectu reprimis nobis terre viciniores efficiamus: ita ut citius perveniat, qui de- votius jejurnat. Sanct. Ambros. serm. 23. de jejun. Qua- dragies.

Goliath, qui principem tenebrarum significat, provocat filios Israël quadraginta diebus. 1. Reg. 17. 16.

Tempus putationis adventus. Cant. 2. 12. Quadragiesima est tempus putationis, quia institutum, ut in eo tempore ampu- tentur omnia peccata: dein ut etiam putentur superflua, & voluptuosa in cibo & potu, somno, & joco. Idque alacriter præstandum; quia, ut dictum, est tempus cantationis. De Ponte hic Exh. 21.

Laudes.

Ecce nunc tempus acceptabile. 2. Cor. 6. 2. Unde & ego re- flicor vobis - hoc esse tempus cœlestis quodammodo medicinæ: in quo omnium vitiolorum nostrorum labem, & universa vulnera peccatorum, sanare poterimus; si Medicum animarum nostrarum fideliter extemus. S. Ambros. f. 27. de jejuniis.

Ceteri cæsi sunt gladio. Apoc. 15. 21. Probabile est, diem resurrectionis generalis fore eundem, quo resurrexit Christus, puta diem Paschæ. Suppositis his principiis: scilicet primo à nece Anti-Christi usque ad diem Judicii, & resurrectionis, præcisè fore quadraginta dies. Secundo, resurrectionem fore ipso die Paschatis; sequitur, Anti-Christum occidendum fuit Bacchanalibus primo die Quadragiesimæ; ac dein quadra- gesimam totam dandam lapsis ad penitentiam, ut se præpa- rent ad ultimum Pascha. Cornelius hic.

Jucundi sunt juniorum dies, spirituale animarum ver, & fidissima tranquillitas animorum. S. Chrysost. serm. de jejuniis, & lectione Genesis.

Hodie dilectissimi sacrum Quadragiesimæ tempus ingredi- mur, tempus militiæ Christianæ. Sanct. Bernardus in capite jejunii.

Dicite fratres, quoniam nunc pugnetis: nam hoc tempus Quadragiesimæ tempus est belli, & cœtamini, cum diabolo. S. Thom. Vill. D. 1. Quad.

Scilicet unumquemque vestrum, quasi quandam mercato- rem in Quadragiesima opibus cœlestis spiritualibus, velut in portum ad Sacrum Pascha venisse, multis comparatis eximiis mercibus virtutis. B. Theodoretus Studita f. 4.

Credibile est, quod Deus, qui tot bona largitus est nobis, in istis diebus modo gratiam abundantius effundat. Tho. Aqu. D. 1. Quad.

Miscellanea.

Quadragiesimam nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet Dei conversationis. S. Ignat. M. ep. 5. ad Phil- lippens.

Cum autem jejunatis. Cant. 1. 16. Cur Ecclesia cum hoc Evangelio prima die Quadragiesimæ adjungit memoriam mortis? Et nostrorum malorum origo ex triplici radice pul- lulavit. 1. ex oblivione mortis. Gen. 3. 4. nequaquam morie- mini. 2. ex gula. 3. ex immoderatione oculorum: vidit mul- lier, quod esset bonum. Volens Ecclesia origini malorum effi- cax adhibere remedium, oblivioni mortis opponit certam illius assertionem: palvis es. & in pulverem revertetur. Adam gulam antidoto jejunii excludit: cum jejunatis. Immodera- tioni oculorum opponit visum cautelam: si oculus tuus fuerit simplex. Sylveira hic q. 16.

Tota vita Christi erat Quadragiesima: non comedebat, nisi femel in die. S. Vinc. Ferr. f. de SS. Sim. & Judo.

TITULUS II.

QUÆRENDUS DEUS.

S. I.

Facile invenitur, promptus adest.

Exultavit, ut gigas, ad eurrendam viam. Psal. 18. 6. Non enim tardavit, sed ecurrit; clamans dicitis, factis, morte, vita, descensu, ascensu: clamans, ut redeamus ad eum. Et discessit ab oculis, ut redeamus ad cor; & inveniamus eum. Abcessit enim; & ecce hic est. Noluit nobis- scum diu esse; & non reliquit nos: illic enim abcessit, unde nunquam recessit: quia Mundus per eum factus est, & in hoc Mundo erat &c. S. August. l. 3. Conf. c. 10.

Quærite Dominum, & confirmamini. Ps. 104. 4. Jubeat Pro- pheta Dominum querere; nec tempus assignat, quo id faciamus. Hic quando cum rege loquendum, horam prærequiri- mus, & tempus opportunum, ut cum illo res nostras pertra- ctemus. Respondet Gregor. Nyss. hom. 7. in Eccl. quod est tem- pus querendi Dominum? breviter dico, & compendio, tota vita. In hoc enim solo studii tempus, est totum studium. Did. Nyss. f. 6. Dom. 3. Quad. f. 4.

Quæserunt me. Il. 65. 1. Ecce ego, ecce ego. Nota: clari- tatem nostram erga Deum vicissim Dei alacritatem, & benefi- cia, in nos provocare. Deus enim munificentissimus munifi- centia se vinci non patitur; sed volentibus spontè occurrit; eorumque vota implet, immo superat. Hoc significat hæc iteratio: ecce ego, ecce ego. Corn. hic.

Multum laboravi querens te extra me: & tu habitas in me: si tamen ego desiderem te. S. August. solil. c. 31.

Quanto magis colligis animum tuum ad eum querendum, tanto magis ipse compellatur à propria misericordia, atque ben-

benignitate, ut veniat ad te, & te refocillet. Sanct. Macarius hom. 31.

Infans, licet nihil possit proficere, aut propriis pedibus ac- cedere ad matrem nequeat; nihilominus evolvitur clamat, & plorat, inquirens matrem. Erga quam summa afficitur miseri- cordia mater; & gaudet de infante quærentem eam cum labo- re, & clamore, & cum non possit infans ad eam pervenire, nihilominus, ob multam pueri inquisitionem, ipsa mater abit ad illum, amore pueri capti, & amplectitur, circumfovet, atque alimentum proferit summa cum dilectione. Hoc ipsum benignus quoque Deus facit in anima ad eum accedente, & ejus desiderio detenta. Id. hom. 46.

S. II.

Querendi Deum varia alia motiva.

In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis. Ps. 76. l. 3. S. Hieron. hic acsi appetit dicit: filium perdidit; incensa est domus mea: ad mendicantem veni. Non quero illud, quod perdidit; sed Dominum quero, si enim istum invenero, in isto invenero omnem.

In lætulo meo per nollis quæsvi. Cant. 3. 1. quæsvi infir- ma infirmam. Surgam, & circumibo civitatem, totam creatu- ram universitatem. O anima mea, si sapienter, & diligenter, quæreris; hoc tribus signis attenderes. 1. lumen peteres, ne tenebris impediretur. Ps. 66. 1. Illuminet vulvum suum super nos. 2. scienter interrogares, ut ad invenendum expediretur. Ubi est, qui natus est. Cant. 3. 3. Num, quem diligit ani- ma mea, videris? Cant. 3. 3. in nullo, quod à requisito aliud est, videris; sed sine mora transiens ad aliud oculos pro- jectores; donec tandem quæsitum invenires: ut illa, que incli- navit se, & videns in monumento etiam Angelos, nec al- loquitur ipsos, nec diu intuetur; sed, respondens interrogan- tibus breviter, ab ipsis se avertit, & sequitur. Joan. 20. 14. S. Th. Aqu. opus. 16. de decem grad. anor. 2. gradu, in quo facit quætere incessanter. Daleisimus, & soavissimus somnus est, Christum quætere. Id. hic.

Surgam, & circumibo civitatem. Cant. 3. 2. Ad hæc statim sponfus: ne suscitatis, neque evigilate facietis dulcillam. v. 5. S. Tho. Aqu. Si requirebat sponsum, quomodo quiescebat? quia dulcissimus &c.

Ubi est, qui natus est. Matth. 2. 1. Video Magos Jerosoly- mis, audiente tyranno, recens natum Judæorum regem im- punè prædicare. Cur tamquam auctores rebellionis, non puniuntur? cur vel illis silentium non præcipitur? Quia con- fidentes Deum quærebant. O si nobis hæc esset cura, ut in omnibus Deum quæreramus! qua securitate, quo triumpho, per media mala incederemus. Bæza t. 1. l. 2. c. 8. 5. 1.

Respondens autem Petrus, dixit: Dominus, si tu es, jube me ad te venire. Matth. 14. 28. Non ait Petrus, veni ad me, ut voluit Mundani, quod Deus eos quæret: sed ait, jube me ad te venire. Sylveira hic.

Primum est scientiæ studium, querere Deum; deinde hone- statem vite cum innocentiæ opere. S. Isidorus l. 2. c. 1.

Quid cunctamur? relicta spe sæculi, conferre nos totos ad querendum Deum, & vitam beatam? Sanct. Aug. Conf. l. 6. c. 11.

Ideo te ineffabili pietate quæsvit, ut tu illum disceres, & desiderares inquirere. S. Eucherius l. 6.

S. III.

Deus absconditus dulcis invenitur. Ubi? & in qua specie querendus?

Quæsvi illum, & non inveni. Cant. 3. 2. 3. Abscondit se sponfus, cum quæritur; ut non inventus ardentius quæ- ratur. Et differunt querens sponfa, ne inveniat: ut tarditate sua capere reddita, multipliciis quandoque inveniat, quod quærebat. S. Gregor. mor. l. 5. c. 4.

Si ignoras te, o pulcherrima. Cant. 2. 7. Ideo quæris me absentem, & dicitis, ubi pascas. Id est, quia ignoraste: nam, si te cognovisses, quæreres me in te ipsa. Notandum est, quod nominat Ecclesiam pulcherrimam: quia Deus quæren- dus est in anima, ut anima est imago ejus. S. Tho. Aqu. hic Circuire possum, Domine, cœlum, & terram; nec te pos- sum invenire, nisi in cruce. Ibi pascis, ibi cubas in steridie. Et hoc est, quod Propheta dicebat. Ps. 131. 7. Laboravi in leo, ubi stererunt pedes ejus. Sed ubi stererunt pedes illi beati, nisi in cruce confixi. S. Bonav. f. 27. in Epiph.

In lætulo meo per nollis quæsvi. Cant. 3. 1. Anima, quæ Deum quærit, & ad Dei dilectionem, & cognitionem, ple- nius pertingere cupit; in lætulo tunc quætere debet, id est, quiete mentis, Vacare enim debet, & quiescere ab occupa- tione, & inquietatione rerum terrenarum. Per nollis. Id est, per adversa tentationum & laborum. Per nollis. Id est, & vitiorum. Richardus à S. Vict. in Cant. 2. El. p. 1. p. 1. erat

dilectus super montes, quasi hinnulus vagus, & volitans: & ipsa ad se relapsa de montibus, illis, in quibus mirabiliter il- luminata erat, & illustrata visione dilectio. De montibus il- lis, ad convallem lacrymarum, ad lectum doloris relapsa, & ad noctem de montibus luminosis. Quid nisi recedat, ipsa, ubi sic recedit dilectus suus? Ipse enim sponfa suæ salus, & illuminatio: ideo, recedente ipso, illa recedit ad lectulum infirmitatis, & ignorantie noctem. Gilbertus f. 1. in Cant. In circuitu ambulat; sed intus ambulat per vicos, & plateas ci- vilitatis. Sapia enim in his viis se ostendit hilariter; & in plateis dat vocem suam. Id. f. 4. in Cant. Quid est in lætulo Deum quætere, nisi eum velle cum vita suavi invenire. Non invenitur Deus in quiete mundana; sed in aspera penitentia. S. Bonav. f. 30. Dom. infra Oct. Epiph.

Jesum quæritis &c. Marci 16. 6. Bene quæritis eum, quia quæritis Nazarenum, & Crucifixum. Multi enim quærent Je- sum tantum Nazarenum, id est, saltem forsdam: volunt enim hic gaudere cum Mundo, & in futuro regnare cum Christo. Sed non invenitur Nazarenus sine Crucifixo. Per multas tribu- lationes. Cant. Act. 14. Hugo Card. hic.

Acceptus sum in manus suas. Luc. 2. 28. Si quis egreditur de Mundo, si quis de carcere, victorum domo dimittitur; ut ad regnandum vadat: sumat Jesum in manus suas, & circum- det eum brachiis suis, totum habeat in sinu: & tunc exultans ire poterit, quod desiderat. Origenes hom. 15. hic.

Quid quæris vivitatem cum mortuis? Luc. 24. 5. Querendæ enim res sunt suis locis Christus ibi non erat, ubi eam femi- næ quærebant. Quærebant inter mortuos; erat inter vivos; quærebant in domo mortis; erat in domo vite: quærebant in sepulchro jacentem: cum quætere deberent in domo glo- riæ triumphantem. Sic tu quære divitias, gloriam, gaudia: hic in Mundo non sunt. Barradius f. 4. l. 8. c. 6.

Tulerunt Dominum meum. Joan. 20. 13. Non potuit amor tantus, Christo etiam moriente, mori. Eugentibus, & laci- tibus viris, hoc est, Apostolis, mulier imperterrita, stabat ad monumentum plorans. Non habebat vivum; & tota super mortuum ardebat, quod plus de oculis, & manibus, auferre- batur, eò ardentius animus insequeretur. Drogo Oct. ser. de Sac. Pass.

Inter corpora Deus quærendus non est: ad querendum Deum ultra omne corpus eundem est. Sanct. Bonavent. f. 181. de Sanct. Joanne.

S. IV.

Deus quibus mediis querendus.

In lætulo meo per nollis quæsvi. Cant. 3. 1. Non pedum pas- sibus, sed desideratis quæritur Deus. S. Bernardus l. 84. in Cant.

Ego vado, & quæretis me. Joan. 8. 21. Ille Christum non quæ- rit, qui salutem animæ suæ per penitentiam non quærit. Quæ- rite Dominum, dum inveniri potest. Qui misericordem Deum, dum tempus habet; non quærit; invenit quem iratum. V. Beda hic.

Quem quæritis? - ego sum. Joan. 18. 8. Veni, ait, desidera- tor bone; veni, & vide. Ego sum Jesus, quem quæris. Si ergo me quæris, sine omnia alia abire. Thom. Kemp. Con. 10. de Incarnat.

TITULUS III.

QUIES.

S. I.

Quies Dei.

Quærit Deus ab omni opere, quod patravimus. Genes. 2. 2. Cum Angelorum innumeras differentias creasset; cœ- los, astra, terram, maria, corporumque varias naturas, con- didisset; in his omnibus non quiescivit: sed homine condito, ut Scriptura ait: quiescit. Et in homine quiescit Deus; non in Angelo, non in cælo; quia beneficiendi, innorescendi- que, sufficientem, affluentemque, sibi in eo materiam dari prospexit. S. Thom. Vill. f. 3. in Nat. D. Cum in die septimo re- quiescit Deus ab omnibus operibus suis, & sanctificavit eum; nequaquam est accipiendum pueriliter, tamquam Deus laboraverit operando: qui dixit, & facta sunt verba intelligibili, & sempiterno; non sensibili, & temporalis. Sed requies Dei requiem significat eorum, qui requiescunt in Deo: sicut læ- titia domus lætitiæ significat eorum, qui lætantur in domo; etiam non eos domus ipsa, & alia res aliqua, lætos faciat. S. August. de Civ. l. 11. c. 8. Idem de Gen. ad lit. l. 4. c. 9. post- quam de requie diei septimæ egisset, subdit: quæ refert ut intelligamus, nisi forte creaturæ rationali, in qua & hominem creavit, in seipso requiem præbuisse, post ejus perfectionem, per donum Spiritus S. per quem diffunditur charitas in cor- dibus.